

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

12. De infidelitate eiusque speciebus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

## C A P . XII.

*De Infidelitate eiusq[ue] speciebus.*

NB. **D**uplex est infidelitas, quæ non peccatum, utpote si infidelis de fide nihil unquam audiuit, hoc Rom. 10. *Quomodo credent ei, quem non audierunt.* Ioan. 15. *Si non venissem, & locutus ei fuisset,* &c. Aut licet audiuit, tamen post diligentem considerationem, non deprehendit sufficiens argumenta.

I Altera infidelitas est formalis, cuius tres sunt species, aut enim infidelitas aduersatur fidei susceptæ in typo aut figura, & est Iudaismus, vel aduersatur fiduci cum veritate susceptæ, estque apostasia & hæresis, quæ ita differunt, quod illa Fidei veritates vniuersim, hæc ex parte abiiciat: vel infidelitas aduersatur fidei non susceptæ, & est Paganismus. 385.

2 Infidelitas superat omnia peccata, quæ ad mores pertinent. Nam directè impedit remissionem peccatorum. Hinc illud Domini, Ioan. 8. *Si non credidestis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.*

3 Inter infidelitatem merè negatiuam, & omnino inculpatam & inter formalem, media, quæ fidei punitiue opponitur, & non est aliud, quam ignorantia in rebus fidei culpabilis, sed non pertinax: V. C. Si catholicus ex vincibili ignorantia opinionem aliquam fidei repugnantem teneat, paratus tum mutare, si sciret contra Ecclesiæ sensum eam esse.

Aliud verò est in hæretico, qui postquam defallate hæresis suæ suspicari cepit, tum non deserit, quia prior attinet fidem habitualem & regulam per quam credenda à non credendis deprehendere potest, que est infallibilis Ecclesiæ authoritas; at posterior, quia à communione Ecclesiæ alienus in falsa religionis professio-

professione persistit, idq; per crassam ignorantiam,  
nam contumax est, 386.

Nota tamen, si qui inter hæreticos aut infideles  
omnino nihil, vel non nisi obscura quædam & ab-  
ominanda audiant, V. C. Papam esse Antichri-  
stum, &c. fieri posse, vt tales inuincibili igno-  
rantia laborantes fidei in Baptismo habitum infu-  
sum retineant, quippe qui non nisi per actum Fi-  
dei supernaturali formaliter oppositum excludi-  
tur.

Deinde eas Fidei veritates, quas nobiscum com-  
munes, retinent, V.C. de Sancta Trinitate, Incarna-  
tione, credere possunt cum Dei auxilio & saluari, vt  
Sanchez, 386.

### C A P. XIII.

#### *De Hæresi.*

**H**æresis est error contra fidei veritatem iunctus cum 1  
pertinacia in eo, qui fidem suscepit: quod additur  
ratione catechumeni, qui licet essentialiter nō diffe-  
rat ab hæreticis, si pertinax contra fidem, sicut Æ-  
thiops non essentialiter differt ab aliis hominibus,  
qui æthiopes non sunt, tametsi inchoatiuè, &  
non completiuè siue formaliter membrum Ecclesiæ  
est, idcirco si talis à fide recedit, pœnis hæreticorum  
non ligatur.

Pertinacia in eo consistit, quod quis sciens suam 2  
sententiam esse contra Ecclesiæ autoritatem, nibil-  
ominus eam tenet, idq; culpabiliter.

¶ Si verò aliquis crassè ignorás ob tædiū inquirédi,  
& nō incorruptā Ecclesiam esse profitetur, licet pec-  
cet, tamen non propriè hæreticus, quia est paratus &  
rectè